



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

Qui confidunt in Deo Deum præsentem ubique agnoscunt: secundus fons  
veræ pacis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

possimus Deo adscribere? Ista enim non permittit modo verum etiam deliberato consilio procurat, excitat, immittit: nec solum inimicis suis in poenam, sed & amicis suis fidelissimisque famulis ad materiam virtutis & perfectionem sanctitatis, adeo ut videatur tanquam singulari beneficio obstringere sibi pro alijs dilectos quibus durissima quaeque & acerbissima toleranda immittit. Hoc modo se gessit erga filium suum unigenitum omnesque eximios sanctos & amicos suos.

## §. VI.

*Autoritates & exempla.*

**M**ateriam hanc paulo post deducam latius; hic jam nihil aliud intendo quam declarare istud generale principium: quod quaecunque nobis eveniunt, in Deum referre possimus. Res quippe creatæ omnes in manu Dei sunt: & quidquid sunt, possunt, earumque functiones, motus & effectus omnes ita ab ejus concursu & adjutorio, quod distribuit singulis, dependent, nihil ut in caelo terraque fiat quod ipse non faciat & producat, permittat aut procuret. *Quis est iste qui dixit, ut fieret Domino non jubente? Ex ore Altissimi non egredientur nec mala nec bona? Thren. 3. Et Ecclesiasticus disertè asserit: Bona & mala, vita*